



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Epigram. 2. Zacharias suam sterilitatem deflet.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

cuius in parte orientali Bethlehem versus, erat hortu  
suburbanus Zachariae, in quo Elisabeth Deiparam ex-  
cepit. Vbi in templo semiruio, Christiani peregrini ca-  
nunt Magnificat. In parte vero Occidentali, erat do-  
mum Zacharia; ubi B. Virgo tres menses egit.  
Ioannes Boucher qui locum vidit lib. 3. cap. 7. du  
Bouquet sacré.

## Epigram. 2.

Zacharias suam sterilitatem deflet.

**H**eu! viduo culmo, spes occidit omnis in herbâ,  
Quam vetus exsangui puluere damnat hiems.  
An spes nulla nouis viret ergo superstes aristis?  
Flos adeò pulcher, iam cinis alter erit?  
Quid? moriemur, ( ait ) vidua cum coniuge coniux,  
Nomen inane? cadet sic sine fruge seges?  
Quid nisi ve, sterili sua cui spes excidit ævo?  
Sed mihi quis dextrâ tinnit ab aure sonus?

## Epigram. 3.

Angelus eum consolatur.

**C**rede Deo; nec enim Genio, ceu rere, sinistro,  
Vita perit, longis immoritura malis.  
Quis credat seges hibernum noua crescat ad Eurum.  
Spemque, ubi spes abiit, sera inuenta seret.  
Texitis Abram, testis Manue, sit & Elcana testis;  
Altera Sara pari cui fuit Anna sinu.  
Si non hic Abraham, proauus tot nepotum: ~~tot retro reges~~  
Par Abrahæ saltē, viuet imago nepos.

## Epigram. 4.

Elisabeth concipit Ioannem.

**C**Vi gelidâ spem fraudat hiems defcta senectâ,  
In felixque uteri dedecus atra notat,

Rides